

Jejunium
instar muri
aut sepi
Minimorum
extat.
S. Ambr.

Isaia vati-
cinium pro
Minimorum
familia, &
Patriarcha.
Isai. 58. 12.

aut *sepem circumdare*, loco, nempe olivifero. Ad rem nostram opportunissime Ambrosius Serm. 25. de Quadragesima: *Murus quidam est Christiano jejunium inexpugnabilis Diabolo, intranfressibilis inimico*. Dixissem, quartum abstinentiæ à carnibus votum, quo urgetur Minimorum Religio, ad instar muri, aut sepi ei esse, qua occluditur, sepitur, & communitur adversus Stygium Draconem, malas bestias, vitiaque omnia, quæ solent impunè transire, & grassari. Huc refero illud Isaia vaticinium, quod de Christo Domino rectè litterario sensu sacri explicant Interpretes; ego verò de eodem Christo, non in se tantum, sed in suis asseclis pietate præclaris eodem litteræ rigore explicandum reor. *Edificabuntur in te* (id est, à te) *deserta seculorum: fundamenta generationis, & generationis suscitabis: & vocaberis edificator sepium, avertens semitas in quietem*. Vatablus ex Hebræo legit: *Erunt ex te, qui edificabunt deserta longi temporis*. Posteriora verba sic Hieronymus effert: *Orietur in te quasi edificator sepium*. Ecclesiam Christianam alloquitur, cui promittit, futuros in ea viros fide sana, & vita sancta sic conspicuos, & usque adeò studio Charitatis exercendæ inflammatos, ut instauraturi sint sanctitatem antiquam, virtutes omnes, & laudabilia universa, quæ primis Mundi temporibus, aut certè superioribus sæculis, floruerunt, & hominum vecordiã, atque immoderata morum licentiã exoleverant, collapsa, desertaque fuerant. Quo autem id pacto fiet, satis explicat Vates illis verbis: *& vocaberis, vel orietur in te edificator sepium*: id est, qui vineas plantet, & olive ita iterum nova, & sepius, sicut antea, ita muniat, ut nulla hostibus semita ad direptionem pateat. Hæc quidem in nostrum sanctissimum Franciscum de Paula signatissimè cadunt, tamen omnes & singuli Religiosorum Ordinum Fundatores & Protoperantes hoc Isaia vaticinio comprehendantur, ut noster ibi observat Cornelius.

Instaurata
ruina in
Adamo facta
per Mi-
nimorum
abstinentiã.
S. August.

Procopi.

Tertull.

1587 Etenim sunt, qui per *deserta seculorum*, capiant antiquissimam Adami ruinam, in quo omnia bona nostra facta sunt ruinosa, & ceciderunt. Ita S. Augustinus in Psalm. 111. *Intelligit, inquit, renovationem ex ruina veteri, quæ in Adam facta est, reparationem novi populi secundum novum hominem, atque celestem, ut sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem ejus, qui de calo est*. Consonat luculenter Procopius Gazæus ad Isaia verba: *Ruina in Adamo facta instaurabuntur, & disciplina celesti reficietur*. Per gulæ incontinentiam inductum primordiale delictum, & humani generis ruinas, certum omnino est. Cumque eadem sit contrariorum scientia, ut Philosopho placet; per jejunium & abstinentiam ruinas illas instaurandas esse, ex Isaia mente consequens erit. Unum audi Tertullianum de Jejunio adversus Psychicos cap. 3. *Porrò cum Deus jejunium mandet, quis dubitabit omnium ergo victus maceratum hanc fuisse rationem, quæ rursus interdicit cibo, & observato præcepto primordiale jam delictum expiaretur; ut homo per eandem materiam causa satis Deo faciat, per quam offenderat, id est, per cibi interdictionem: atque ita salutem æmulo modo redaccenderet inedia, sicut extinxerat sagina, pro unico illicito plura licita contemneret*. Quid arguius?

Tertulliano Ambrosium adjungo Serm. 37. de Quadragesima: *Hoc agit Salvator, ut istam vestigiis, quibus admissa fuerint delicta, purgentur: hoc est, ut quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinentendo*. Vides veterum ruinarum instauracionem per jejunium, & per illam signatim abstinentiam, qua pro unico illicito plura licita contemnerentur?

1858 Igitur Franciscus, non humanã, sed cælesti hac contrariorum scientiã imbutus, perpetua inedia & abstinentia à carnibus se suosque voluit urgere, & ad id voto obstringere: ut ita ille, ejusque Familia, *deserta seculorum edificarent, ruinas in Adamo factas restaurarent, & tam celesti disciplina reficerent*; Mundi salutem æmulo modo redaccenderet, pro unico illicito plura licita contemnerentes. Sic etiam fundamenta generationis & generationis suscitavit, quæ quamplurimis antè sæculis, id est, à Mundi initio, jacta fuerant. Suspicor enim Mundi fundamenta tum majoris, tum minoris, hominis nempe in sanctitate creati, jejunium esse; quo observat, uterque Mundus in eo ipso splendore, quo conditus primò est, omnino persisteret, quasi magnificum quoddam ædificium benè fundatum; ruit tamen, quia per gulæ incontinentiam, abstinentia à vetito cibo, veluti fundamentum defuit. Ambrosii hæc existimatio videtur, qui libr. de Elia, & jejunio capit. 4. sic argutè: *Primus usus Mundi à jejunio capit, quando lux clara respandit. Secundus dies in jejunio, quando calè factum est firmamentum. Tertio die pabulum terra germinavit; jejunium tamen celestis disciplina servavit. Quarto die luminaria facta sunt Solis, & Luna, & adhuc jejunium. Quinto die produxerunt aqua reptilia & volatilia, & adhuc jejunium. Sexto die bestie sunt creata, & cum bestiis orta edendi potestas est, & usus escarum. Ubi cibus capit, ibi finis factus est Mundi. Quo indicio declaratum est, quod per cibos Mundus haberet imminui, per quos desuit augeti. Culpa per cibum, cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in jejunio*. Ut vides, universum hoc Mundi ædificium à jejunio cepit, universis ac singulis primorum quinque dierum operibus præjectum jejunium est tanquam fundamentum: dum nulla de cibus mentio fit, magna ædificium incrementa accipit; cum autem sexta die brutis terræ animantibus, & homini tunc creata pabula assignantur, decrementa suscipit, quasi citò ruiturum absque jejunii fundamento: nam *cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in jejunio*. Ecce tibi qua ratione Franciscus, ejusque Ordo fundamenta generationis & generationis suscitaverint; abstinentendo suscitavit, jejunio addictissimi collapsa longo jam tempore restaurant: vitam sancti, & mensã parci certò sciunt, quid valeat abstinentia tanta ad Mundi restorationem. Inde Franciscus parvam Ecclesiam ædificaturus, jussus est in somnis illam multò grandiozem edificare, quod Ordinem suum latè propagaturus, per eumque Ecclesiam restauraturus esset, restaurando veterum Parrum, quos vel Synagoga, vel Christiana Respublica tulit, jejunia, abstinentiam, cæterasque virtutes.

1859 Hinc jam illud intelliges, quod Isaia subnectit: *Vocaberis, vel orietur in te edificator*

S. Ambr.
Mundi fun-
damenta je-
junium;
Mundi rui-
na gula.

S. Ambr.

Franciscus
jejunii fun-
damenta
suscitavit
ne MUNDUS
rueret.

adificator, id
est jejunii.

cator sepium. Ex Hebræo cum Vatablo, Forerio, & aliis veritas: *Vocaberis obstructor rupturæ, aut sepiens fracturam, sive ruina instaurator*. Quod est dicere: Non aliter qui ex te orietur Franciscus, deserta edificabit, fundamenta suscitabit, ruinas in Adamo factas instaurabit, quàm novum Ordinem, quasi novum olivetum, aut vineam, plantando, eumque novo perpetuæ abstinentiæ voto sepiendo; seps enim, qua ille maxime munitur, jejunium & abstinentia est, vetans ne furi, ne colubro, ne bestiis aliis accessus pateat; qui enim hoc caret sepiamento, quasi via communis est, per quam libido, crapula, omniaque vitia transeunt, & grassantur impunè, ut ibi S. Cyrillus observat. Unde de hac sepe loquens S. Hieronymus, ait rectè: *Quam materiam qui destruxerit, mordebit eum coluber tortuosus, qui decepit Evam in Paradiso, que quia Dei præcepta (de abstinentendo scilicet à cibo vetito) destruxerat, propterea morsibus ejus paruit*. Ac si aperte sentiat, abstinentiæ præceptum, ipsamque abstinentiam, Evæ & Adamo ad instar fuisse sepiis, quandoquidem per gulæ incontinentiam sepiem destruxerunt, ac liberè in eos serpens irruit gulosissimus. Hanc sepiem Franciscus Ecclesiæ restituit, dum se, suosque jejunii sepiamento perpetuò munit, aditum præcedens ad nocendum hostibus; ut cum Psalmode dicere jure possit: *Non est ruina maceria, neque transitus*. Hebraicè: *Non irruptio hostium; aut non rupturæ: neque egrediens, aut transiens*; nullus quietem turbat: quia abstinentiæ sepiamento omnino ratione & studio custoditur. Sepem hanc vivam appellites, qualem Marcus Varro describit libr. 1. de re rustica c. 14. *Primum naturale sepiamento, quod obseri solet spinis, quod habet radicem vivam sepi, ac viatoris præter-euntis lascivi non metuet facem ardentem*. His tota horret spinis Minimorum Religio, quas obtrudit Ecclesiæ Orthodoxæ, & quibus se se compungit indefinenter, ne bellæ eò irrumpant. *Pulchra res est jejunium, quod Demones terret, aiebat S. Hieronymus libr. 2. contra Jovinianum*. Cum jejunium (ait Origenes Hom. 4. de diversis in Mart.) *Dæmones vincit, omnemque illius classem malignam retrorsum agit*. Et S. Ambrosius libr. 6. Hexaem. capit. 4. *Nullum remedium majus contra inimicum Serpentem poteris invenire, quàm jejunium*.

S. Hieron.

Pf. 143. 16.

Oliveti se-
pimentum
spinorum.
Varro.

Arct &
malas be-
stias.
S. Hieron.
Origen.

S. Ambr.

Jejunii mu-
ro, aut sepe
Franciscus
sepe Dei ira
opponit.

S. Hieron.

Ut olim
Moyes.

Pf. 105.

Sed hic observa, pro *adificator sepium*, ut Hieronymus notat, ab Aquila verti: *qui se opponit ira Dei savienti*: à Symmacho autem; *murum opponens cadenti*. De eo sepium ædificatore loquitur, qui similis erit Moyfi, Aaroni, & Samueli, qui iræ Domini restiterunt, & quasi adificato muro, seu sepe, indignationi ejus terminum posuerunt. De eo loquitur (ait ibi purpuratus Doctor) *qui convertet semitas in quietem, ut nequaquam Dei ira deserviat, sed placatus sit eis Dominus, & omnes indignationis semite conquiescant*. Unum certè Franciscum Paulensem cum suo Ordine religiosissimo indignatum autumes, qui spinoso abstinentiæ muro, & vivâ sepe sepe Dei iræ opponit, divinam averit indignationem, ejusque favorem Mundo conciliat. Par ille Moyfi legislatori magno, cujus Charitas, & jejunia decantatissima sunt. De quo Psalm. 105. 23. *Et dixit ut disperderet eos; si non Moyse electus ejus steteret in confractura*. Uldeph. de Flores in Eccles.

atione, in conspectu ejus. Metaphora à muro, quando evertitur, & hostes irrumpere volunt, nisi quis repellat. Conflavit, & adoraverat Populus ille Judæorum aureum vitulum, quod præstigiis Dæmonum comedere foenum videbatur (ut canit David Psalm. proxime relato, v. 21. & 22.) Contempserat verum Deum præ recens facto Idolo: *sedit statim manducare, & bibere*: expietus mereo congeneravit temulentiam (Philonis verba sunt) vino pariter furentes & insania, permoctando in comestationibus. Epulum ex idolohyitis & sacrificiorum reliquis, quæ vitulo obtulerant, constabat. Verè illi promiores ventri, quàm Deo deprehens, ut cum Tertulliano loquar, contra Psychicos cap. 5. *Illic, inquam, qui Angelicã alimoniam enutriti, nihilominus carnis delicias postulabant: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Imò, & Num. 11. 4. Exo. 16. 3. Quid ad hæc vetus atque æquissimus Deus? Dixit, ut disperderet eos*. Moyfi dixit, quem sic alloquitur Exod. 32. 10. *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos*. Jam jam Dominus, quasi ferox quidam hostis, impetum faciebat in populum, qui per idololatricam, & gulæ intemperantiam, murum temperantiæ interruperat, cum ecce Moyse steterit dicitur in confractura, id est, ex opposito rupti muri, vel quasi in *ruptura muri*, ut Hebraicè habetur. Sic torrenti indignationis divinæ sese opposuit utique post quadraginta dierum jejunium, quibus alios item quadraginta addidit, ut populo veniam à Domino obtineret, ut constat ex Exod. 34. 28. *Fuit ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit*. Addidit ipse Moyse Deuter. 10. 10. *Exaudivitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit*. Quo satis ostenditur jejunans Moyse, sive ipsimet Moyse jejunium (quod *murum Spiritus sancti* Chrysologus vocat Serm. de jejunio) muri divisionem obstruxisse, iratoque obstituisse Domino. Quæ omnia in Paulensem signatim cadunt Franciscum, qui ab Isaia vocandus prædicitur *obstructor rupturæ, sive sepiens fracturam*. Se ipsum perpetuà inedia maceratum, suamque abstinentiam, veluti materiam, furenti Deo opposuit, suamque similiter Familiam opponi voluit, ut sic divinum placaret Numen, leniret, & Mundo reconciliaret, tunc præsertim dissoluto deliciis, non tam avite religioni & fidei, quàm gulæ illecebri addicto.

1861 Audierant Franciscus veterem illam Dei querimoniam ad falsos Prophetas pacem & prospera populo pollicentes, apud Ezech. 13. 5. *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut stareis in prelio in die Domini*. Ex Hebræo vertitur. *Non ascendistis in fracturas, vel interruptiones, seu rupturas muri, neque sepiistis sepiem; muri rupturas non refecistis; in die Domini. Chaldaeus, in die furoris Domini*. Quasi dicat: *Non est inter vos, qui humana salutis curâ urgeatur, & se mihî irâ in Mundum exardescenti, quasi murum & sepiem opponat, ut se olim opposuerunt Moyses, Aaron, veteres Patriarchæ, & Prophete*. Stant hæc iterat Deus querimoniam apud eundem Vate c. 22. 30. post enumerata populi crimina multa & læta: *Et quasiros de eis viri, qui interponunt*.

Dei queri-
monia ad
eos, qui jeju-
ni murum
non ei oppo-
nunt.
Ezech. 13.

Ezech. 22.
& læta: Et
quasiros de
eis viri, qui
interpone-
unt.
30.

rae sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inveni. Hebraicè: & staret in ruptura. Comparat populum vitæ, seu oliveto, leges & sanctitatem muris, sive sepibus, peccata verò sepi rupturis. Cum autem nullus esset, qui in rupturis, veluti seps, sese irato Deo opponeret, Hebræi in extremam calamitatem redacti sunt.

In extremâ calamitatè Mundus redigeretur, nisi Franciscus ira Dei opponeret jejuniū mirum.

In eandem Mundus redigeretur, ob multa ejus scelera, nisi Franciscus sese, suamque Familiam, quasi vivam sepem, sævienti Numini fortiter opposuisset. Licet enim omnis oratio chara Deo sit, charior tamen ei est, vimque placidam, & spontaneam violentiam infert, dum jejunio, dum abstinentiâ a delicatis cibis, dum vitæ asperitate, qualis Minimorum, armatur: sic illa piè ambiciosa exarmat Dei iras, & indulgentiam quodammodo extorquet. Quod notavit Salvianus lib. 2. de Gubernat. cum Davide contemplaretur jejunio maceratum, & sacco indutum, ut validè Deum ad misericordiam flecteret: Providum penitentem cum patrociniò ambitiosi squaloris assumit, jejunio exigitur, ariditate sicatur. Sic Daniel c. 9. 3. ut Deum populo propitiū redderet, & exorabilem, & posui, inquit, faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in jejniis, sacco, & cinere. Tenuis Minimorum mensa est, sed oratio pinguis; corpora affligunt, sed virtus ad impetrandum augetur: nam jejunium refectio anime, cibus mentis est; ait Ambrosius de Elia, & jejunio cap. 3. Et, teste Chrysothomo Hom. 15. in Matth. Jejunium adiutorium est orationis, quia oratio sine jejunio gracilis est, & infirma.

Salvian.

Dani. 9. 3.

Chryl.

Charitas Minimorum jejunio associata. Sancti.

Insigne Minimorum Charitas.

Deus charitas est, Deum pro insigni habent. Joan. 1. ep. 4. 16.

atur, ac sit, ita ut nulli alteri hoc convenire possit. Non enim dicitur Deus humilitas, sicut dicitur Deus Charitas est; quia cum omnis virtus Dei donum sit, nulla, præter solam Charitatem, hoc habet, ut non solum donum Dei, sed etiam Deus dici possit. Elargitus Deus est Paulensi Francisco non dona dumtaxat sua, non Crucem, non stigmata, non Jesu nomen pro stemmatibus, sed Charitatem ipsam, semetipsum sub charitatis titulo litterario concinnatum; nam nomina sunt notæ rerum, ut Philo observat l. de Nom. mutat.

Ad januas insculpta charitas pretiosis gemmis. Isai. 54. 12.

1863 Agebat Deus futurorum præcius apud Isaiam c. 54. de Christianæ Ecclesiæ structura magnificentissima, ad instar cuiusdam domus egregiè munitæ, singulari arte, materia splendida atque pretiosa constructæ, subnectitque v. 12. Et ponam portas tuas in lapides sculptos: id est in portis tuis sculptas gemmas: nempe carbunculos; ponitur enim pro sculptos vox Ecrach à verbo carach, quod est ardere, incendere, vel incendi. Unde nonnulli vertunt lapides ignis, splendentes ut ignis, quales carbunculi sunt, qui candentes prunas micricè referunt. Eiusmodi lapides sculpti, seu sculpturæ, futuri dicuntur, ut in quibus imagines, emblemata, stemmata, vel pro stemmatibus scriptura aliqua incisa, aut exarata viderentur. Sic sculpta dicuntur nomina filiorum Israel in lapidibus Super humeralis, & Rationalis, atque in lamina Jehovah nomen. Exod. 28. v. 9. 21. & 36. Cum autem carbunculus pretiosus & ignitus, per commodum sit pretiosæ & ignitæ Charitatis symbolum, ut claret ex Cant. 3. 9. & Doctorum interpretatione; quid verat asserere, scripturam in eo sculpendam, illam eandem esse, quam ad Minimorum portas cernimus benè insculptam, uti Religioe profapiæ stemma? Sed enim verò carbunculus hic ita exaratus, cum non fores tantum, sed intima eorum corda esset occupaturus, ad id planè respexisse credas pacificum Regem Cant. 3. ubi de Ecclesia prophetizans, lingulisque Ecclesiæ partibus nobilioribus, qualis Minimorum Ordo, sub pompatici curus metaphora Christo admodum gloriosi, subdit v. 10. Media Charitate constravit. Hebraicè, medium illius feruli. LXX. intimum ejus. Nyssen. in medio ejus Charitas: pro qua Hebræa vox ponitur ratfuph, id est, ignitus calculus, candens gemma, carbunculus, ut multi transferunt; ut appareat in medio, seu interiori illius curus resplenduisse emblemata quoddam Charitatis ex fulgurantibus carbunculis elaboratum. Cujus rei altiore intelligentiam accipe ex Gilliberto Abbate ser. 19. in Cant. Charitas in medio collocatur, quasi ornamentum quoddam commune, & reliquarum quasi medulla gratiarum. Nulla tam est intima virtus, nulla sic animos penetrat, & perfundit, & arcanos cordis implet recessus. Ipsi animi medullis amor imbibitur, & secretis insluit venis. Vitalis quædam vena legis est, & reliquarum Charitas virtutum. Post multa verò alia Charitatis encomia, subtextit: Vides quomodo Charitas speciale quoddam est insigne discipulatus Christi, & doctrinæ ejus singulari indicium? Cadunt hæc rectissimè in Paulensè Franciscum, ejusque Ordinem, in quibus tam intima, tam actiuosa Charitas est, ut jure summo speciale quoddam insigne illorum, ac singulare Apolliticæ

Cant. 3. 10.

In corde Minimorum insculpta charitas, uti in carbunculo.

Gilliber. Charitas in medio collocanda, & re- & cur.

Religio Minimorum insitit Paradisi. Gen. 3. 24.

Franciscus Paradisi custos Cherubim cum flammeo charitatis gladio.

Gilliber.

Quanti habendus Minimorum titulus.

Apolliticæ doctrinæ indicium extet. 1864 Geneleos 3. post primum illud gula peccatum, ab horto geniali Adamus & Eva pelluntur, & ne iterum vitæ arborem degustent, Collocavit Deus ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem. Statuimus supra à num. 1650. Religiosum Ecclesiæ statum adinstar esse instaurati cuiusdam paradisi voluptatis, virtutum fructibus, sanctorumque variâ & numerosâ prole prædivitem. Eiusmodi esse Minimam Francisci Familiam quis non videat? Ut enim cum S. Athanasio dicam in vi a S. Antonii: Quis tantum Monachorum agmen aspiciens, in quo nullus nocens, sed multitudo abstinentium, non in hanc statim erumpet vocem? Quam bonæ Domus tuæ Jacob! tanquam Paradisus super fluvios. Benè quidem paradisi, Minimorum cæcus perpetuæ abstinentiæ tantopere additus; per hanc quippe paradiso fruuntur, quem per gulam primi Parentes perdidit. At verò, quis in hoc Religioso paradiso Cherubinus? quis flammeus illius gladius? Certè Cherubim cum Hebraicè sit atque puer parvulus, minimus, & Magister, rerum sciens, ac legum prudens, Paulensem ille Cherubinus portendebat Franciscum, animi demissione puerum, parvulum, minimum, sed novæ sapientiæ magistrum, rerum divinarum scientissimum, novumque legislatores. Pro flammeo gladio, quem Deus huic Cherubino tradidit; & quorsum ei traditus, tibi expendenda assigno verba Gilliberti Abbatis serm. 35. ad illa Cant. 4. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus: sic ille opportunè ac rectè: Malè hortum, in quo positus erat, custodivit Adam, contra lubricum fraudulentum serpentis ingressum, &c. Porta paradisi tui semper clausa sit, soli principi pateat. Unus sit aditus, & is commissus Cherubim. Nihil admittatur non examinatum prius gladio flammeo; nihil, quod non approbet Charitas, quod non ad perfectionem, & plenitudinem legis accedat: plenitudo ergo scientiæ, Cherubin, & plenitudo legis Charitas, hæc sit tibi custodia flammæ, ut quidquid irrumpere indignum tenuerit, sub momento, & non lentè conummat. O quam hæc apprimè competunt Francisco, ejusque paradisiacæ Familiæ! Malus paradisi custos Adam, qui malè abstinentiam à veuto esu custodivit, guiso Draconi aditum præbens prohibitum offerenti, & auferenti concessum; unum porrigenti pomum, & totum surripienti paradysum. Bonus paradisiaci sui Ordinis custos Franciscus, qui benè abstinentiam à carnibus custodivit, voto ad id se, suosque obstringens, quo interclusit callido serpenti aditum. Ipsemet sui paradisi vigilantissimus Cherubinus, gladium vibrans Charitatis flammeum, præfixo ad januas flammantis titulo Charitatis, ut nihil quod Charitas non approbet, quodque perfectioni & plenitudini Religiosi instituti consonum non sit, ullatenus admittatur, imò Charitatis ardore absumatur illicò.

1865 Quid ergo subinde? Minimos eos appellabimus, qui tam castigatis cibus sese macerant perpetuo? qui tam ardenti Charitate in Deum, & homines sic afficiunt riripensè? Paulensis Franciscus humilissimè Minimus se appellabat, quo etiam titulum voluit Ordinem appellari, ut hæc mo-

destillimâ nomenclaturâ ad obsequia sese urgerent humilissima. O ars piè ingeniosa promerendi apud Deum? Franciscus merere voluit, non sublimari, sed dum in humilitatis officina merita cudit, cudit etiam magnitudinem ipso magnitudinis neglectu. Hic observat ex Jordane Bruno in Opusculo de triplici minimo lib. 1. c. 2. minimum esse (ut Mathematicè ipse demonstrat) tum numerum, tum magnitudinum, tum elementorum, corporumque omnium basim, & substantiam. Minimum substantia rerum est, quia maxima quæque ex minimo, in minimo, ad minimum quid sit, sicut, per minimumque. Maximum non est aliud, Jordane quàm minimum iteratum, & multiplicatum. Ex Bruno. Minimo inceptit, & crescit omnis magnitudo. Idem ostendit de numero, qui nihil est aliud, Maximum nihil est aliud, quàm minimum multiplicatum. A minimo numerosa Minimorum proles, & excelsa magnitudo. Isai. 60. 22. De illustri Christi, ac Deiparæ exaltatione in hoc Religioso Ordine. 1866 Sicut oliva speciosa, in campo dicitur exalati Jesus, & Maria in sacra hac Minimorum Familia, non absimili ratione, qua exalari diximus in religiosis Trinitariorum & Mercenariorum Ordinib. Ad Francisci Ordinem singulariter referas celebre illud Mosaicum Candelabrum, & duas olivas inspectas postmodum à Zacharia, necnon Menfam, cui panes propositionis impositi, & vas quædam. Candelabrum aureum erat totum, scyphis, sphaerulis, liliisque exornatum, in cuius summo stipite lampas maxima resplendebat, sub qua septem autè minores lucernæ, juxta Zachariæ visionem cap. 4. 2. & communem Hebræorum & expositorum mentem. Duæ pulcherrimæ Olive hinc inde candelabro adflabant, sacris lucernis necessarium suppeditantes olei alimentum. Mensa è regione candelabri posita, & à lucernis illuminata, quasi cœnanti Domino (ut Cornelius observat) lumen præberent, ex lignis Setim erat, aureis laminis auri puri intus & foris tecta. Mensa admodum castigata, absque gula irritamentis, cum panes solum haberet Num. 4. 7. ad quos textus addit in Levitico 24. 7. ibus & sales. Tenuis profectò cœna, est à Deo parata: Vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui saluum. Ho aiuis S f 4

Minimum quid sit.

Maximum quid sit.

A minimo numerosa Minimorum proles, & excelsa magnitudo. Isai. 60. 22.

Exo. 25. Zachar. 4. 2. Candelabrum aureum erat totum, scyphis, sphaerulis, liliisque exornatum, in cuius summo stipite lampas maxima resplendebat, sub qua septem autè minores lucernæ, juxta Zachariæ visionem cap. 4. 2. & communem Hebræorum & expositorum mentem. Duæ pulcherrimæ Olive hinc inde candelabro adflabant, sacris lucernis necessarium suppeditantes olei alimentum. Mensa è regione candelabri posita, & à lucernis illuminata, quasi cœnanti Domino (ut Cornelius observat) lumen præberent, ex lignis Setim erat, aureis laminis auri puri intus & foris tecta. Mensa admodum castigata, absque gula irritamentis, cum panes solum haberet Num. 4. 7. ad quos textus addit in Levitico 24. 7. ibus & sales. Tenuis profectò cœna, est à Deo parata: Vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui saluum. Ho aiuis S f 4